Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



47

artaxiam v̊ dimicasse quidem antiochum nouimus.
sed illum in regno pristino pmansisse. Ergo dicam⁹
quod omnes scriptores ecclesiastici tradiderunt. in
consummatione mundi quando regnū destruen
dum est romanorū. decem futuros reges. q̄ orbem
romanū int̄ se diuidant. & undecimū surrecturū
regem paruulum qui tres reges de decem regib⁹
superaturus sit. id est egyptiorū regem & affricę.
& ethiopię. sicut in c̄sequentib⁹ mani .i quaa. festius
discimus. quib⁹ int̄fectis etiam septem alii reges
uictori colla submittent. Et ecce ait oculi quasi
oculi hominis erant in cornu isto. Ne eū putemus
iuxta quorunda opinionē vel diabolum esse vel
demonem sed unum de hominib⁹ in quo totus sata
nas habitaturus est corporaliter. Et os loquens in
gentia. Est enī homo peccati filius pditionis. ita ut
in templo d̄i sedere audeat. faciens se quasi deum.
Aspiciebam donec throni positi sunt. & antiquus
dierum sedit. & reliqua. Simile quid & in iohannis
apokalipsi legimus. Post hec statim fui in spiritu. &
ecce thronus positus erat in cęlo. & sup thronum
sedens. & qui sedebat similitudinē habebat lapidis